



Disputatio medica inauguralis de apoplexia

<https://hdl.handle.net/1874/343277>

33.

D I S P U T A T I O M E D I C A
I N A U G U R A L I S.
A P O P L E X I A.

Q U A M,
A U S P I C E D E O O P T . M A X .
Auctoritate Magnifici D. Rectoris.

J OHANNIS G E O R G II G R A E V I I ,

P o l i t i c e s , E l o q u e n t i a e & H i s t o r i a r u m P r o f e s s o -
r i s O r d i n a r i i .

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academici Consensu , Nobilissimaque
Facultatis M E D I C E Decreto .*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,

S ummisque in M E D I C I N A Honoribus & Privilegiis
rite & legitime consequendis ,

P u b l i c o e x a m i n i s u b j i c t i

S E L O M O H de M E Z A . H e b r e u s L u s i t a n u s .

Ad Diem 8. Octobris horis locoque solitis.



T R A J E C T I a d R H E N U M ,
Ex Officina F R A N C I S C I H A L M A , Academiz
Typographi , c l c I c xc .

*Clarissimus Viris Dominis
admodum honorandis*

ISAACO ABOAPH & JACOBO
SASPORTA, Studiorum meorum
in Literis Hæbraicis professoribus.

Et Domino Patri meo omni honori &
amore prosequendo & cognato meo
dignissimo ISAACO de MEZA,
Amstelodami mercaturam feliciter ex-
ercentibus.

N E C N O N

E T

D. Doctoribus ABRAHAMO FROIS
& BINJAMIN DASERRA, Stu-
diorum meorum in Literis Latinis pro-
motoribus ac fautoribus.

S E L O M O H de MEZA.

In benevolentiae signum D. D. D.

D I S R U T A T I O M E D I C A
I N A U G U R A L I S
D E
A P O P L E X I A
T H E S I S I

Lnter gravissimos morbos & dira symptoma, quibus corpus humanum torquetur, & lacinatur, est apoplexia, magnus morbus *ἀπόχλωσις* appellata, ejus enim & magnitudine & acutie & periculo ceteros antecellit. Ut igitur hunc tyannum hostem profligemus, sedulo studendum, ut ejus naturam, causas, signa, curationem explorata habeamus, quod annuente Deo optimo maximo, quam fieri potest breviter explanabimus.

I I.

Omnia humani corporis membra, mediante fluxu & virtute spirituum animalium, qui ex cerebro per nervos ipsis communicatur, sensum & motum habent, quando vero accidit, ut talis influxus impediatur, oritur apoplexia; a cuius definitione incipiamus.

I I I.

Est autem apoplexia totius corporis sensus & motus abolitio, cum omnium animalium actionum interceptione, excepta respiratione eaque deficili. Licet enim apoplexia prout omnimodam cerebri meatum di-

A 2

cit

D. D. D. D.

DISPUTATIO MEDICA I

cit obstructionem morbus verè sit, nihilominus tamén,
& pro ipsa actione lœsa assumitur, quo nomine, functionis symptoma dicitur.

I V.

Apoplexia aut est fortis aut levis; Fortis acutissimus
morbus cito hominem jugulans, levis, seu mitior, quæ
curabilis est, manet enim in ea sensus & motus sed uter
que stupidissimus, & incertus.

V.

Atrocissimi hujus & crudelissimi morbi causæ ~~pro~~
~~rapinae~~ sunt, assidua crapula, cruditas, constitutio
aeris frigidissima, vehemens etiam caliditas liquans,
& agitans, & ad caput trahens humores. ~~pro~~
~~sue~~ vero
sunt pituitosa excreientia, sua crassitie, viscositate,
& copia, cerebri ventriculos, nervorumque omnium
sensus, & motus originem obstruentia, seu comprimen-
tia, vim animalem impudentia, quominus ad mem-
bra defluere possit; Non semper excrassa petuita cerebri
ventres & substantiam replente generari, sed ex calida
etiam materia præsertim sanguine ex Gal. confirmamus.

V I.

Signa præsentis apoplexiæ facilimè agnoscuntur.
Vox adimitur, loquela intercipitur, redditur homo in-
sensibilis & immobilis, tunc enim facultates omnes
animales intercipliuntur & oprimuntur, & cadaveris
instar clausis oculis decumbit, cum colore plumbeo,
& gelido articulorum torpore. Pulsus est tardus & lan-
guidus, rarus, & invalecente affectu fit debilis, tar-
dus creber ex Galeno.

V I I.

Præcedunt hunc affectum subitus acutusque capitis
dolor,

IN AUGURALIS.

dolor, venarum jugularium elatio, vertigo, splendor oculorum, extremarum partium, sine ratione refrescatio, totius corporis tremor, & quam plurima alia

symptomata, illud non est, quod amicorum

V. I. I. L.
Præsagium hujus affectus est deplorabile; si fortis sit apoplexia sanari non potest, levis disculter curationem admittit ex Hypocrate; Qui autem ab hac immunes fiunt, in paralysin alterius lateris ferè incident ex Galeno.

X.

Etsi desperatis non sit adibenda manus, ne infamemus præsidia quoꝝ multis fuere saluti, tamen cum salutis spes aliqua effulget, eaque dubia, melius est prefato mortis periculo aliquid tentare, quam ægrum spe omni adempta certo perire; Unde cum morbus sit atrox, exactè peracutus, intra paucos dies, ne dicam horas, possit strangulare celeriter curandus, remediaque incessanter peragenda; Pugnandum frictionibus, vinculis dolorificis, suppositoriis acutis, acribus, clysteribus, cucurbitulis applicitis dorso, cervici, scapulis, suris, lumbis, natibus; hæc enim potentissime a capite revellunt.

X.

Sanguinis missio præsentaneum est remedium præstissimum si sanguinis vel pituitosi, vel melancholici copia adficit, vasa intercipiens; Tunc enim vena cephalica in utroque brachio ferienda, si vires adfint, & hoc eitissime celebrandum, ne sanguinis calore pene emoriante, & flaccidentibus viribus citra morbi levamen phlebotomia vires prosternat. Hæmorrhoidibus hirundines affigendæ. Cervici, occipiti, bregmati, cucurbitulae scarificate profundiuscule agglutinandæ. Et in obnubilato

DISPUTATIO MEDICA

casu jugulares venæ aperiendæ. Utrum vero cucurbitula hypocondriis in apoplexiæ accessione imponenda negativam sententiam amplectore. Sternutatoria etiam optima sunt , suo enim motu , & concussu , humores cerebri meatibus impactus , valenter detrudunt ; Attra-men antè totius corporis evacuationem valde suspecta & noxia sunt , ut firmissimis rationibus demonstrari potest.

X I.

In eundem usum apophlegmatismata palato , ac naribus calida medicamenta & odorata imponuntur , ut vis animalis excitetur , & crassus humor discutiatur. Utrum autem theriaca , vel Mithredatium , & odora medicamenta , ante totius providentiam palato , & naribus admovenda , negantium opinionem seu sententiam liberius sequor ; quia in theriaca & mithridatio , etiamsi diu servetur , visopii non perit omnino , cuius causa somnus non imminuitur , imo augetur ; Deinde prædicta medicamenta composita sunt ex astringentibus , ut acacia hypocistide , & timor est ne latus humor astringentium vi ceocritus , magis atque magis impingatur ; Et odorata omnia , ut diamoschum & diambra , plurimam vaporum copiam subministrant ; Horum igitur loco utilissimæ sunt aquæ apoplecticæ , in os inditæ , quæ crassos humores extenuant , flatus discutiunt , obstructions referant.

X I I.

Quot ad purgantia Medicamenta attinet ea validiora sunt habenda , ut agaricus trochiscatus , electuarium indum , hyera , diacolocynthis , præsertim si humor melancholicus dominetur , mel nutaceum solutivum

cum

cum agarico & senna, Pillulæ ex agarico, alsaieret, cochiae, fetidæ, decastoreo, serapino, trochisci alhandali, quæ dissolvi possunt, aqua vita, salviæ, melissæ, rutæ, & hæc in majori quantitate exhibenda, quia virtus sopita non nisi valentioribus irritatur & hoc modo oblata, a longinquis partibus humorem viscidum erradicare nata sunt, truculentus morbus levia præsidia contemnit.

X I I I.

A flatibus narcotica vi imbutis, hic crudelissimus affectus potest etiam excitari. Et tunc partis mandantis maxima habita ratione materia a qua flatus elevantur, convenientibus pharmacis evacuanda, jam vero elevati discutiendi, si vero a compressione cranei per violentum ictum vel e sublimidelapsum contingat, tunc cranium ad suum locum reponendum, & elevandum medicinas & pharmaca docto & prudenti medico in praxi exercitato notas, aplicando.



C O

COROLLARIA.

S'Enibus ac decrepitis, pituitosis & crapula deditis familiare malum, est Apoplexia.

III. X

Quanto in Apoplexia respiratio est difficilior, tanto morbus periculosior.

III. I.

Hyemale tempus huic morbo plus est obnoxium.

IV.

Apoplectici non nisi post tres dies sepeliendi.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

